1337. ig. 30 Martii

Ex T. I p. 2. Cod Dypl. Dumont fol 157.

157.

45

Henrici ducis Silesiæ Literæ de concessione per Joannem Bohemiæ regem sibi facta exigendi scilicet a civitate et bonis civium Sittaviensium de qualibet marca unu lothonem grossorum Datum Vratislaviæ 7 die dominica qua canitur Lætare Anno 1337.

Nos Henricus Dei gratia Silesiæ dux dominus in Jaur et Fürstenberg. Universis præsentes literas inspecturis, volumus esse notum. Quod cum magnificus princeps dominus Joannes Bohemiæ rex nobis indulserit et a civitate et bonis civium et hominum Sittaviensium de marca qualibet unu Lothonem grossorum nomine exactionis exigeremus Promittimus firmiter et tenemur, quod nos medietatem totius pecuniæ illius exactæ nomine dilecti domini regis, et pro eo in summa duorum millium marcharum in quo certo bona et possessiones ad castrum Hant spectantia et districtum ibidem, sunt obligata pignori pro absolutione eorum defalcare debemus in ipsa summa partem mediam, ipsum dominum regem contingente totaliter deducendam. Harum serie literarum Datum Vratislaviæ Anno domini MCCC.XXXVII 7 die dominica qua canitur Lætare

Jasionski